

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.
525 17. 19. 5 AG	4495	512	229
526 18. 1. 6 F	4496	513	230

voce psallentes, perfidiosque præcones objurgantes, in ejusdem Ecclesie gremio cæsi sunt. Idem & altera die contigit. Itaque commotus populus v. 11. Id. Novemb. quo die memoria cineris dudum totam Europam tegeris apud Byzantium celebratur; in forum Constantinundique confluit: ac dejectis Anastasii statuis, disturbatoque Celere & Patricio, qui placandi causâ venerant, Areobindam Imperatorem postulant. Post in Circum ad Anastasium venientes, & ante ejus solium consistentes, hymnum Trinitatis juxta morem Catholicorum concinunt; atque Evangelium, crucemque Christi ferentes è foro plurimi convenerunt, Marinum, Platonemque pravitatis ejus auctores feris objici jubentes. Quos perjuris solitis Anastasius placavit. & mox apud Sidonem Conciliabulum colligi fecit lxxx. Pseudoepiscoporum, adversus Catholicam fidem. Marcellinus. Hanc Synodum Theophanes præposterè collocavit. Ex quo, ut ex Theodoro Lectore, colligitur, bis hymnum Trifagium adulterare publicè conatum Imperatorem, toties populi consensu territum & in discrimen adductum fuisse. Nam id prius accidit, quàm Macedonius ejiceretur: & eo pulso denuo factum est.

S. Sabbas annum agens lxxxiii. rogatu Eliæ Hierosolymorum Episcopi legationem ad Anastasium pro fidei Catholicæ causâ suscepit. quem & offensum Eliæ placavit. Cyrillus in S. Sabba.

Amalaricus Alarici Wisigothorum regis filius Clotildem Chlodovei filiam duxit. Greg. Turon. lib. iii. cap. 1.

*Paulus. Symmachi*  
15.

Symmachus Papa ad Orthodoxos Illyrici, Dardaniæ, & Thraciarum encyclicam dedit.

Flavianus Episcopus Antiochiæ de sede sua pulsus, & in castellum, quod Petra dicitur, in extremis Palæstinæ finibus, relegatus est: ubi & confessor Christi in Domino requievit. Ita Marcellinus. Evagr. lib. iii. cap. xxxii. refert antequam ejiceretur, ingentem Antiochiæ tumultum excitatum esse, cum Xenaias Hierapolitanus Pseudoepiscopus perditos quosdam Monachos adversus Flavianum concitasset, populus verò quàm plurimos ex iis occidisset.

Gens Erulorum in Romanorum agros & civitatis jussu Anastasii recepta est. Marcell. qui hoc anno Solis defectum accidisse memorat. Sed nullum Tabulæ hoc anno repræsentant. tamen mediis Luna motus Junii xxx. promittere videatur. Sed latitudo Lunæ veri & apparentis Novilunii non est ecliptica. Dani cum rege suo Chochilaicho Theodorici regnum infestant. Sed ab ejus filio Theodoberto interfecto rege, classis eorum superata, atque disjecta est. Gregorius lib. iii. cap. lxxii.

*Clementianus. Symmachi*  
16.

Severus hæreticus Antiochenum thronum occupat anno, ut putat Evagrius, *Ϡεμανορῆς ἡ Ἀντιοχίας* dclxi. Hic Sozopoli oriundus in Pisidia primùm in foro versatus est. tum post baptismum Monachus in quodam Monasterio factus, inter Gazam & Majumam, indeque pulsus ob hæresin, Constantinopolim venit. ubi conciliatus Anastasio Antiochenam ab eo sedem obtinuit; ac statim collecto conciliabulo Synodicas scripsit, quibus Chalcedonense Concilium damnavit. Quæ cum à plerisque non probarentur, magna in Orientalibus Ecclesiis orta perturbatio est. Evagrius lib. iii. cap. xxxiiii. Marcellinus cum Severum hoc anno in Antiochenam sedem intrusum esse memorat; tum Dorotheum Ancyranum Orthodoxum Anastasio valdè repugnantem, vitæ finem, ceu prædixerat habuisse.

Elias Hierosolymitanus, quod Synodicis Severi, & Concilii Chalcedon. damnationi assentiri nollet, expulsus est, eique suffectus Joannes è Crucis custodibus, cum anathemate damnata Synodo Chalcedonensi Severi communionem, & Synodicas litteras admisisset. Egregiam perturbatissimis hæc temporibus operam Ecclesie navavit S. Sabbas cum Monachis suis: cujus opera Joannes Hierosolymitanus ad meliorem mentem rediit, & Catholicam fidem publicè professus est. Cyrillus in S. Sabba. Theophanes.

Theodorus Lector scribit Anastasium Imperatorem à Severo jurjurandum exegisse, priusquam Antiochenus Episcopus fieret, Chalcedonensi Synodo anathema non dicturum: eundem verò contra jurjurandum, simulatque in throno confedit, ex ambone illi anathema dixisse.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
22	iv	1267	1260 87. 17
23	Olymp. 323	1266	1261

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.
527 9. 2. 7 E	4497	514	231
528 10. 3. 8 D	4498	515	232

dixisse. Quod quidem de Anastasio probabile non videtur.

Alamundarus Saracenorum Phylarchus ad Christianam fidem conversus est. ad quem cum duos perfidie sue fautores Episcopos Severus misisset, prudenti joco sic illos elusit: Litteras se accepisse dixit, quibus S. Michaelem Archangelum obisse nunciabatur. quod illis fieri non posse causantibus subjecit Alamundarus: quomodo igitur Christus, si unius est, ac divinæ tantummodò naturæ, mori potuit, cum ne Angelus quidem poterit? Quo dicto rubore fufissi discesserunt. Theodorus Lector 11.

S. Sabbas, ut oppressa tributorum magnitudine Palæstinæ succurreret, ad Anastasium iterum profectus, ac benigne ab eo exceptus est.

Cabades Persarum rex, cum in quodam castello thesaurum inesse didicisset, qui à dæmonibus aservabatur, ad eosque pellendos, Magorum ac Judæorum præligias incassum adhibuisset: tandem Christianorum illi opera fugati sunt. quod admiratus Cabades Christianis plurimum detulit. ad eosque quibus liberet transeundi potestatem concessit.

*Senator solus. 111. Pontifex*  
*Is est M. Aurelius Cassiodorus. Hormisdæ 1.*

Vitalianus Scythæ Comes Fœderatorum ab Orthodoxis quibusdam incitatus in Anastasium confurgit, armatis Romanorum equitum, peditumque plusquam lx. milibus, & in Hebdomo congregatis: professusque se pro Orthodoxorum fide, ac Macedonio urbis Episcopo sine causa pulso Constantinopolim venire. Sed Anastasio simulationibus, & perjuriis illusos octavo quàm venerat die recessit. Hinc Odyssum Mæsiæ urbem occupat; & Cyrillum ducem inter duas pellices dormientem jugulat, hostemque se Anastasio palam exhibet. Marcellinus.

Theophanes scribit à Vitaliano ingentem pecunie vim interceptam, quæ ad rogas submissa fuerat. tum lxxv. m. cæsa: captum Hypatium ducem Anastasii, cujus mater patruelis erat Anastasii. Ad hæc eundem Imperat. cum Timotheo Catholicos oppressisse, ac multos in Oasim relegasse. porrò Timothei Synodicis, & Macedonii exautorationi subscribere quosdam noluisse ex Episcopis: alios metu ad id coactos. ipsum verò cum Severi nomen in Diptycha referre vellet, & Flaviani delere, à populo prohibitum esse.

Juliana femina primaria, quæ S. Virginis templum in Honoratis condiderat, Chalcedonensem Synodum acerrimè defendens cum Timotheo communicare noluit: ob idque multa ab Imperatore perpessa est. Contigit autem ut cum Timotheus in Monasterio Dii Archimandritam consecraturus venisset, & is ab Hæretico consecrari se nolle diceret, Chalcedonensem Synodum probaret. quod ubi Anastasius rescivit, & Timotheo exprobravit, is continuo eandem Synodum ejuravit. Theophanes, & Theodorus Lector Collect. 11.

Rursus ob Trifagii depravationem Constantinopoli gravis orta seditio: sic ut Anastasius in suburbio delituerit; Ariadna impietatem exprobrante. Theoph.

Symmachus Papa moritur xiv. Kal. Aug. cum sedisset annos xv. M. viii. minus diebus iv. Post dies septem, Aug. xxvi. suffectus est Hormisdæ Campanus: itaque sublato schismate pax Ecclesie optata rediit: ut ait Cassiodorus.

*Anthemius. Hormisdæ*  
*Florentius. 2.*

Vitalianus contra Anastasium vehementius insurgens, cum ad Urbem exercitum admovisset, Sythenense prædium ingressus est. Anastasius Senatores ad eum misit, qui pacis cum eo leges componerent. Convenit ut restituis in integrum Episcopis, qui ob fidem pulsi fuerant, Synodus cogeretur, cui & Romanus Pontifex interesset, & in ea quæ contra Orthodoxos gesta fuerant emendarentur. Quod cum Imperator in cum Senatu, & principibus, ac populo jurasset, pax est reddita, ingenti in Vitalianum pecunie vi depensa. Secundianus, qui Anastasio forem duxerat, Hypatium filium à Vitaliano vincum multis lacrymis impetravit. Scripsit ad Hormisdam Anastasius. Theodorici verò Vitaliano studens apud eundem Pontificem instare non desit: donec ille in Orientem Legatos destinaret, Ennodium Ticinensem Episcopum, Fortunatum item Episcopum, Venantium Presbyterum, & Vitalem Diaconum: pollicitus si serio res ageretur, & Nestorio, Eutyche, aliisque tam hæreticis, quàm hæreticorum fautoribus damnatis, Acacii, & aliorum aboleretur memoria, se Constantinopolim esse venturum. Sed Anastasius

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
24	11	1267	1262
25	111	1268	1263



DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. *O Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Lioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
480							
529 21. 4. 9 CB	4499	516	233				
				26	14	1269	1261 Apr. 16
530 22. 5. 10 D	4500	517	234	27	Olymp 324	1270	1265

Anastafius folita tergrivfatione fludium Pontificis eluif. Theoph. Marcellinus.

Ceterum Evagrius lib. 111. cap. XIII. navalis cum Vitaliano confliclus meminit, in quo Marinus Syrus Anastafii dux illum fuperavit. Zonaras quoque prodidit opera Procli Mathematici excellentis, qui fpeculis ex are fabricatis claffem hoftium incendit, victoriam hanc effe reportatam.

Hunni Armenia tranfmiffa totam Cappadociam devaftantes ufque Lycaoniam perrexerunt. Ariadne Augufta 1x. annis in palatio exactis vita decessit. Marcellinus Contigit in illa Hunnorum eruptione; ut Macedonius Conftantinop. Epifcopus Gangram fe in tutum reciperet. quod ubi refcivit Anastafius, diligentius illic eum afervari juffit. quin & percufforem fubmiffit. Sed interim factis ille conceffit: & ad S. Callinici Martyris feplucrum conditus eft, ubi & miraculis claruiffe memoratur a Theophane. Qui hoc in fuper addit; Theodorum ejus familiarum in fomnis ab eodem monitum, ut Anastafium ad divinum tribunal comparare fe juberet.

Theodorici rex Amalafuuntam filiam fuam Eutharico copulavit. Caffiod.

*Petrus folus. Hormifda 3.*

Hoc anno Imperator Anastafius ad Hormifdam legatos cum litteris miffit. quibus Catholicam fidem præ fe ferebat, & ad fpem convocandi Concilii animum illius erigebat. Legati porro quod Laici forent ægre tulit Hormifda. quos etiam Eutychniana infectos labe cum deprehendiffet, remisit. deque tota re ad S. Avitum Viennensem litteras dedit. quibus tellatur complures Thraciæ, Dardaniæ, & Illyrici Epifcopos quæ in Ecclefia Romanæ communionis ftabilitos, quæ eidem reftitutos effe.

Interim Anastafius conciliato fibi populo Vitalianum in ordinem redegit, eique fuccefforem Rufinum dedit. ac tum palam fidem fuam de legitima indicenda Synodo fefellit; cum non modo Sacram ad Hormifdam fuper ea re per Vitalianum dediffet: fed etiam multi jam Epifcopi conveniffent. Clam verò ipfum ad Hormifdam ne fe Italia moveret, fcripiffie auctor eft Theophanes: additque cum populus perfidiam exprobraret, Manichæis inftitutum artibus refpondiffe, Imperatoribus pejerare fas effe. Itaque in Catholicos Epifcopos opprimendos totus incubuit. Helias Hierofolymorum Epifcopus in exilio moritur. Laurentius Lychnidensis, Domnio Setdicenfis, Alciffus Nicopolitanus. (Is eft Αλκιων, ad quem data à Palæftina Monachis Epiftola exttat apud Evagrium lib. III. cap. XXXI.) Gaianus Naftitanus, & Evangelius Pautalienfis Illyriciani Epifcopi Conftantinopolim juffu illius adducti. Alciffus & Gaianus ibidem mortui funt. Laurentius in atrio SS. Coftmæ & Damiani ingenti miraculo fanitatem recuperavit. Marcellinus.

Joannes Nicæota, vel Machiota Alexandrinus Epifcopus, expletis annis x. mortuus eft. Succellit eidem Diocorus junior Timothei Æluri confobrini. Nicephorus Chron. Theophanes. qui & Alexandria turbas concitatas effe dicit; & Auguftalis filium occifum. Ob id interfectis viciffim plerifque civibus, exariffie in fuper in illos Imperatorem. unde Diocorus placandi ejus caufâ Conftantinopolim venit. Sed à populo contumelias exceptus tamquam hæreticus, paullo poff fugit.

Joannes ater in locum Alciffonis Nicopolitanus antiffes factus, celebrata Synodo litteras ad Hormifdam dedit. cumque propterea à Dorotheo Thelalonicenfi, aliifque vexaretur, quod fe in communionem Rom. Pont. totum dediffet, multum pro eo Pontifex laboravit. Epift. Hormifda. Tom. II. Conc.

Concilium Tarroconenfe in Hifpania habitum effe anno fefto Theodorici regis; ex quo fcilicet in Hifpania regnare cepit. quod anno Italici regni XV. contigiffe refert Ifidorus in Chron.

Chlodovei filii matris Chrothildis hortatu Sigifmundo Burgundiæ regi, ejufque fratri Gundemaro bellum indicunt. Clodomirus fugato Gundemaro, Sigifmundum vincum abducit, & in finibus Aurelianenfis urbis cum uxore, & liberis afervavit. Gregorius Turon. lib. III. cap. VI.

*Anaftafius Imper. Agapirus. Hormifda 4.*

Getarum incurfione Macædoniæ duæ, Thelalía, ac vetus Epirus populatæ funt. Mille tunc libratum auri denarios per Paulum Anastafius ad redimendos captivos Joanni

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. *O Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Lioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
531 22. 6. 11 G	4501	518	235				
				28	11	1271	1266

Joanni Præfecto Illyrici miffit. Deficiente pretio plerique trucidati funt. Marcel.

Hormifda Pontifex Aprili mense novam ad Anastafium legationem mittit. Legati fuere Ennodius Ticinensis, & Peregrinus Mifenas Epifcopi, quibus tam ad Imperat. quam ad Timotheum Conftantinopolitanum antiffitem, aliifque literas dedit, cum libello Catholice profelfionis. Sed Anastafius legatos fruftra muneribus tentatos fragilem in navem impoluit, & ad ullam civitatem vetuit appellere. At illi per fideles quofdam Monachos Hormifdæ litteras ubique difperferunt.

Tum verò gravis in Syria perfecutio contra Catholicos, maximeque Monachos à Severo Antiochiæ, & Petro Apameæ Epifcopis concitatur. Anastafius afperas ad Hormifdam litteras refcripfit. Hæc ex Epiftolis Hormifdæ.

Gerundenfe Concilium in Hifpania VII. Epifcoporum habitum eft, præfidente Joanne Tarraconenfi, cui vices fuas Hormifda commiffit. Hormifdæ Epift.

S. Fulgentius de fide fcripfit ad Petrum.

Clodomirus rex Sigifmundum Burgundionum regem, nequicquam deterrente S. Avito Miciaceni abbate, apud Columnam Aurelianenfis urbis vicum cum uxore, & liberis in puteum jactari præcepit. atque is poff obitum miraculis claruit, & inter fanctos relatus eft. Inde cum Theodorico fratre contra Burgundos profectus primo conflictu victor, dum in hoftes acrius, longiufque effertur, occifus eft. Ejus uxorem Gunthencam Clotharius duxit: filios verò tres Clotildis fecum habuit. Gregorius Turon. lib. III. cap. VI. Agathias. Lib. I.

*Magnus folus. Hormifda 5. III. Imp.*

*Florentium collegam addunt alii. Iuftinus.*

Conftantinopoli rurfus ob Trifagii hymni depravationem ingens coorta feditio eft. qua territus Anastafius poffitus Imperatoris insignibus miferabilem fe populo præbuit. qui fubinde mifericordia commotus diadema ut reciperet hortatus eft, promittens fe in ejus poteftate futurum. Evagr. in calce lib. III.

Timotheus Conftantinopolis Epifcopus obiit. cujus in locum fuffectus eft Joannes Cappadox presbyter, & Syn-cellus: ifque tertia die Pafchatis Pontificis ornamentis indutus eft, fautor Catholice fidei.

Anaftafio porro per vifum vir terribilis apparuit. qui codicem manu tenens: ob ipfius impietatem quatuordecim fe annos ex ejus vita deleturum minatus eft; & ftatim induxit. Atque is octogenario major Aprilis XI. die fulmine, ut à plerifque traditur, extinctus eft. ipfa videlicet feria V. majoris hebdomadæ. Nam Pafcha hoc anno XV. die Aprilis incidit. Imperavit annos, ut refert Evagrius initio lib. IV. viginti feptem, menseque tres. cui & Marcellinus fubfcribit. At Theophanes menses VII. qui & anno cxxxiv. Diocletiani mortuum tradit.

Huic Iuftinus fucceffit genere Thrax. qui Julii IX. purpuram fumpfit, anno Antiochenorum DLXVI. ut tellatur Evagrius, ex Comite Excubitorum, vir etate provectus, ac religione pietateque præftans. Hæc ex Evagrio, Marcellino, Theophane, Chronico Alex. Cedreno, Zonara, &c. Evagrius porro refert Amantium Anastafii cubicularium, imperium, quod ad fe, utpote fpadonem, transferre non poterat, Theocrito cuidam fidiffimo fibi voluiffe tradere; ad idque pecuniarum vim maximam in milites diftribuendam Iuftino dediffe. qui eadem ipfas nomine fuo in populum, aut excubitores erogavit. Hæc ille. quæ merito fufpecta funt & videtur alioquin Evagrius in Anastafium propenfior. cujus propinqui ab imperio dejecti funt.

Iuftinus fimulque imperare cepit, Lupicium conjugem fuam coronari fecit, & mutato nomine Euphemiam appellavit. Zonaras. Cedrenus.

Eodem tempore, quo mortuus eft Anastafius, Elias Hierofolymitanus Patriarcha exulans divinitus id refcivit, & decimo poff die mortuus eft, ut ipfe S. Sabbe fignificavit. Sed & Flavianus Antiochenus ob fidem exulans fimili divinitus admonitione certior redditus paullo poff diem obiit. Cyrillus in Sabba & Pratum Spirit. cap. XXXV.

Statim ergo Synodus à Joanne Conftantinopolitano Epifcopo celebrata; in qua fancta Synodus Chalcedonenfis in facras tabulas relata; nec non S. Leonis Papæ, & Euphemii Macædonique nomina. Severus autem impius damnatus eft. Concil. Conftant. fub Menna.

*Pars II. P p p Vitalianus,*



Per. Jul. \* Ind. Mundi. Anni Chr. Era Dioc.

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Vitalianus, qui ab Anastasio defecerat, Iustini Imperat. amicissimus, ab eoque Magister militiarum factus, fidei catholice amore flagrans effectus, ut Iustinus Severo linguam prececi juberet: idque Irenzo mandatum est Orienti prececi. At Severus anno, ut ait Evagrius, Antiocheno d. xvii, mense Septembri, cum Juliano Halicarnassensi fugit in Egyptum, eamque provinciam pestiferi contagione erroris infecit. In ejus locum Antiochie creatus est Episcopus Paulus. Porro Dioscoro minore per id tempus mortuo, Timotheus Alexandrinus Episcopus erat. Exinde frequentes ubique Catholicorum Synodi celebratae sunt. Iustinus quoque sacrosanctam Synodum edito confirmavit, & Catholicos omnes in integrum restituit. Xenaiam Hierapolis & Petrum Apameze pseudoepiscopum ejecit.

Inter alios, qui ab exilio revocati sunt, fuit Appion Patricius, qui Nicaze vi presbyter ordinatus, a Iustino ob singularem prudentiam Praefectus Praetorio factus est. Evagrius lib. iv, cap. 111, & iv. Theophanes. Zonaras. Cedrenus. Liberatus cap. xix.

Cum autem Joannes Constantinopolitanus ad Hormisdam scripsisset, Romae is collecta Synodo decrevit, nisi Acacio Constantinopolitano quondam Episcopo damnato, communionem illi dandam non esse.

Amantius palatii Praepositus, cum aliis cubiculariis Manichaeis interfectus est, nec non Theocritus, quem Amantius spado Imperatorem destinaverat.

Hormisdas. Justinus Aug. Eutharicus. 6.

Eutharicus Ciliciae Theodorici gener Consulatum magnificentissime edidit; hoc est variis spectaculis ac largitionibus celebravit, ut refert Cassiodorus. qui Chronicon suum hoc anno terminat.

Hormisdas legatos Constantinopolim misit, inque his S. Germanum Capuanum cum litteris ad Iustinum & Euphemiam ejus uxorem, Justinianum Comitem domesticorum, & alios. Illi magno ubique cum honore suscepti sunt, ac quicquid in mandatis acceperant, felicissime perfecerunt. Damnati haeretici, Nestorius, Eutyches, Dioscorus Alexandrinus, Timotheus Aelurus, Petrus Mogus, Acacius Constantinopolitanus, tum Phaurta, Euphemii, Macedonii, & Timothei ejusdem urbis antistitum nomina & Diptychis erasa. sed & Zenonis & Anastasii Imperatorum. Quin & a Legatis data opera est, idem ut in aliis civitatibus, ac provinciis fieret. Constant haec ex Epistolis Legatorum ad Hormisdam & aliorum, quae in Tom. 11. Concil. leguntur. Apparet autem haec inchoata, impulsaque majori in hebdomada.

Inter Victorem Diaconum orthodoxum, & Leontium Monachum Scytham Vitaliani Magistri militum affinem, aliosque Monachos Seythas altercatio gravis incidit. Hi Victorem Nestorianae haereseos apud Legatos accusantes, cum is inter alia Chalcedonense Concilium, & Epistolam S. Leonis admittere publice professus esset, instabant ut insuper asseveraret; unum de Trinitate passum esse. quam novitatem improbantibus Legatis, monachi Romam ad Hormisdam profecti sunt. ubi a Pontifice detenti ad Legatorum usque reditum, ad Africanos scripserunt: iisque communi nomine S. Fulgentius librum rescripsit de Incarnat. Verbi, & gratia, ac libero arbitrio. Horum Monachorum mentio est in Epistolis Hormisdas.

Joannes Episcopus unus ex Legatis Thesalonice profectus, ut fidei professionem a provincia illius Episcopus exigeret, Dorothei Thesalonicensis factione, ac populari seditione crudelissime fauciatus, ac penes occisus est. Accitus ad causam dicendam Dorotheus a Iustino, corruptis iudicibus, levi exilio defunctus, paulo post ad Ecclesiam suam rediit. Epist. Hormisdas.

Per idem ferè tempus Alexandriae orta est haeresis, vel haereson potius divortia. Quastio enim incidit ecquid Christi corpus corruptibile esset, an incorruptibile. Nam Severus corruptibile asseverabat. Julianus verò Halicarnassensis Episcopus negabat. Timotheo Alexandrino Severo suffragante, Themistius Diaconus ab ejus communiione discessit. Objiciebat enim si corpus Christi corruptibile est, consequens esse, uti quaedam ignoraverit. quod cum Timotheus inficiaretur, Themistius schisma fecit, & Agnoetarum haeresin condidit. Ex priori verò contentione nata sunt Corrupticolarum & Incorruptibilium, sive Phantastarum discrimina. Liberatus in Brevia. cap. xix. Leontius de Sectis. Act. v, & x.

Hermine-

523 4502 519 236

523 24. 7. 12

Imp. Rom. Olymp. Urbis cond. Era Nab.

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. \* Ind. Mundi. Anni Chr. Era Dioc.

Herminefredus Thoringorum rex Bertarium fratrem suum regni collegam interfecit. cujus filia fuit S. Rade-gundis. Deinde Almabergæ uxoris instinctu Badericum alterum fratrem, adscito in belli praedaeque partem Theodorico Clodovei filio, profligavit. Sed victorie praemio Theodoricum postea frustratus est. Gregor. lib. 111. cap. 1v. Vide annum Christi 527.

Vitalianus. Hormisdas Rusticus. 7.

Vitalianus Consul vii. mense Consulatus sui, xvi. vultibus confossus, cum Celeriano & Paulo satellitibus suis interemptus est. Marcellinus.

Theophanes à Constantinopolitanis id factum refert: qui suorum eadem à Vitaliano defectionis tempore patratam ulciscerentur. At Evagrius Iustini dolo eandem imputat lib. iv. cap. 111.

Veneta factio per id tempus principatum ferens per civitates crudelissime bacchata est; ac Praefinorum caedibus direptionibusque infesta habuit omnia. Theophanes. Cedrenus.

Joannes Cappadox Constantinopolitanus Episcopus obiit. In ejus locum ordinatus est Epiphanius Presbyter & Syncellus Febr. xxv. Theophan. & Epist. Hormisdas. Scripserunt & Iustinus Aug. & Euphemia ejus uxor; nec non Justinianus ad Hormisdam, alique nobiles. Sed & Epiphanius, qui paululum cunctatus erat, Synodales ad eum litteras misit, cum muneribus. Inter cetera postulatam id est ab Hormisdas, ut eorum, qui communicarant cum Acacio nomina in Diptychis recitari pateretur: quod in plerisque civitatibus acriter ea retinerent. quod & impetratum est. Scripsit & Justinianus in favorem Casariensis Episcopi: qui Elia decesso, ab haeretico ordinatus in Catholicum mutatus erat. At Baronius Eliam istum putat Hierosolymitanum fuisse, qui successorem habuit Joannem. Verum hic ipse Elias post x. dies, quam Anastasius extinctus est, obiit.

Eodem anno litteras à Thesalonicensibus, & à Dorotheo Episcopo Pontifex accepit: quibus crudele illud in Joannem legatum facinus excusabatur. Epist. Hormisdas.

Nestoriani solenni ritu Theodoretum effigiem in urbem Cyrum curru invehunt. quod Iustinus improbat, & in auctores vindicavit. v. Synodus Act. vii. in fine.

Possessor Africanus Episcopus ad Hormisdam scripsit de libris Fausti Regiensis in Gallis Episcopi, quos de gratia Dei ediderat, quibus Semipelagiana haeresis erat adpersa. Rescripsit Hormisdas, unaque & de Scythis Monachis certiore reddens, eorum nequitiam patefecit, & Fausti libros damnavit.

Floruit hoc tempore Joannes Maxentius Monachus, qui contra Hormisdas Epistolam, & contra Possessorem scripsit, atque Eutychemianum fuliginem erroris infectus videtur.

Justinianus. Hormisdas Valerius. 8.

Famossimum hunc Consulatum Justinianus magnificentia sua reddidit. Nam cclxxxviii. solidorum millia in populum, inque spectaculorum apparatus insumpit. Leones xx. pardos xxx. exceptis aliis feris, in amphitheatro simul exhibuit. Numerosos praeterea, phaleratisque in Circo caballos jam donatis quoque imperitoni aurigis: una dumtaxat ultimamque mappa insanienti populo denegata. Marcellinus.

Paulus Antiochenus Episcopus moritur. cui succedit Euphrasius Hierosolymitanus Presbyter. Is Chalcedonensem Synodum ausus & Diptychis eradere unà cum Hormisdas nomine, postea metuens Synodos iv. approbavit. Theophanes. Meminit Euphrasii & Evagrius lib. iv. cap. iv. S. Brigida Scota virgo moritur. Marianus Scotus.

Alexandriae, ejectione Timotheo haeretico, Catholicus Episcopus ordinatur Asterius, ut ex Actis S. Arctae constat apud Surium xxiv. Octobris.

Symmachus. Hormisdas Boetius. 9.

Tzathius Lazorum rex à Persarum rege deficiens Constantinopolim venit ad Iustinum, ut Christianis sacris initiaretur. ubi voti compos factus, Valerianam quamdam Christianam feminam duxit, & ab Imperatore regia dignitate, & insignibus regis donatus est. Nam & corona capiti ejus imposita est, & holoserica chlamyde alba indutus prodit, cum ejusdem coloris tunica aureis clavis intertexta. Hoc ubi rescivit Cabades, cum Iustino graviter exposulavit. At eo factum excusante, nihilominus offensus Persa Ziligin Hunnorum regem contra Iustinum concitavit. Verum is ad Romanam societatem Pars II. Ppp 2 illectum

523 4503 520 237

523 15. 8. 13

524 4504 521 238

524 16. 9. 14

525 4505 522 239

525 17. 10. 15

Imp. Rom. Olymp. Urbis cond. Era Nab.

3 11 1273 1263 Apr. 17

4 Olymp. 315 1274 1269

5 11 1275 1270



DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5236 28. 11. 1 A	4506	523	240
5237 1. 12. 2 GF	4507	524	241
5238 2. 13. 3 E	4508	525	242

illectum donis barbarum induxit. Qui subinde accitus à Cabade cum xx. millibus ei praesto ait. Justinus barbarorum perfidiam Cabadi renunciavit. Itaque Cabades explorata re Ziligbin occidit, ejusque delevit exercitum. ac per legatos cum Romanis amicitiam instauravit. Chron. Alexand. Theophanes.

Eodem tempore Cabades Chosroen filium natu minimum successorem designans à Justino in filium adoptari petit: sed Proclo Quaestore viro prudentissimo dissuadente, Justinus recusavit. Procopius lib. 1. Perf. Theoph.

Dunaan Homeritarum rex ex Christiano factus Hebraeus Nagram Christianorum civitatem expugnavit; in eaque contra datam fidem multos, qui à Christo deficere nolent, interemit, quos inter illustris fuit S. Arethas. Surias Octobris xxiv. Theophanes.

Thrasamundus Wandalarum rex in Africa moritur, cum regnasset annos xxvii. cum mensibus aliquot. Procop. 1. Vand. Huic successit Hildericus Humerici F. ex Valentiniani filia natus, qui cum iurjurando adactus esset à Thrasamundo, ne Catholicis unquam Ecclesias restitueret, priusquam regnum caperetur, ne sacramenti religionem violaret, Ecclesias aperiri, & Episcopos revocari iussit. Tum igitur Episcopi ad Ecclesias suas reversi sunt: inter quos insignis erat S. Fulgentius. Creatus porrò tunc est Carthaginiensis Episcopus Bonifacius. Iudorus in Chron. Acta S. Fulgentii.

Maximus solus. Hormisda. LIII. Pontifex Joannes 1.

Hormisda mortuus est, cum sedisset annos ix, dies x, octavo Idus Augusti.

Post dies vii, subrogatus est Joannes Etruscus.

Justinus contra haereticos & infideles edixit, & Manichaeos capite punire iussit, ex iisque plurimos occidit. L. xii. Cod. de Haeret. & Manich. Theophanes. Cedrenus. Quin & eodem tempore Cabades Manichaeos penis subiecit. Cum enim isti filium ejus Phitafuarlam ad sectam suam pollicitatione regni perduxissent, Cabades per fraudem sibi conciliatos, & in unum cum Episcopo suo coactos immisis satellitibus suis concidit. Theophanes.

Mortua Euphemia conjuge sua, Justinus Theodoram duxit, quam & hoc anno coronavit. Idem plerosque lapidatorum, percussorum, urbisque depopulatorum sua ob scelera deprehensos ferro, igni, suspendioque punivit: ac summam ea severitate tranquillitatem suis, & in se benevolentiam excitavit. Marcellinus, Theophanes.

Justinus Aug. 11. Opilio. Joannis 2.

Anazarbus Ciliciae secundae metropolis terra motu subversa est, cum ei Calliopius Irenaei filius praeset. Hanc Justinus instauravit, & Justinopolim nominavit. Edeffa quoque Ovroenae metropolis Scirto flumine, qui mediam illam perlabitur, ultra solum exundante, vastata est. Inventus in ea lapis est cum hac inscriptione, *Σκίρτος οὐρανὸς κατὰ σκίρτιον αὐτῆς πόλεως. Scirtus fluvius malos salus civibus saltabit.* Ad utramque civitatem erigendam Justinus multa contulit. Per idem tempus femina gigantea corporis mole spectabilis è Cilicia prodiit, quae procerissimum quemque cubito uno superabat. Theophanes.

Justinus haereticorum, maximeque Arianorum Ecclesias Catholico ritu consecrari iussit. quod Theodorico audiens magnopere commotus est. Miscella.

[Circa hoc tempus, Langobardi Pannoniam occuparunt. Paulus Diaconus Lib. II. c. 7.]

Concilium Arelatense 111. hoc anno celebratum est, Opilione isto Consule, non priore, qui cum Vincomalo Consul fuit anno ccccliii.

Philoxenus. Joannis 3. Probus.

Theodorici Italiae rex pro Arianis suis laborans Joannem Pontificem ad Justinum proficisci coegit, ut à persequendis Arianis desisteret. alioquin minitans se Catholicos in Italia profligaturum. Joannes aliquot in itinere miraculis editis, (ut ait S. Greg. 111. Dial.) Constantinopolim veniens miro honore exceptus est. Dexter dextrum Ecclesiae insedit solum, diemque Domini nostri resurrectionis plena voce Romanis precibus celebravit. Marcellinus. Addit Theophanes Joannem, cum esset Constantinopoli, cum reliquis Episcopis communicasse, praeterquam cum Timotheo Alexandrino. Miscella verò cum Joanne missos refert Theodorum, Hypatium, & Agapitum Consulares viros, atque Agapitum patricium ab

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
6	111	1276	1271
7	112	1277	1272
8	113	1278	1273

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5239 3. 14. 4 C	4509	526	243
5240 4. 15. 5 C	4510	527	244

ab iisque Justinum exortatum Arianos sui juris reliquisse. Anastasius demum Justinum Imperatorem scribit coram Pontifice ad terram se prostravisse, ab eoque coronari voluisse. Joannes quidem ipse Pontifex in Epistola anno sequenti data testatur se Arianorum quascumque Constantinopoli reperire potuit Ecclesias, Catholicas consecratis. Quae cum Miscellae Diaconi narratione haud satis consentiunt: nisi eatenus à Legatis saltem Joannis comitibus impetratum esse velimus; ut Justinus Arianis conventus suos permitteret, neque molestiam iis faceret tamen Joannes interim ademptas illis ab Imperatore Ecclesias consecravit. quae & eidem supplicii causa fuerit. Nam reversos legatos Theodorico in vincula conjecit.

Hoc anno mense Octobri, Indictione iv. ingenti, & immisso divinitus incendio Antiochia vastata est, quod ad sex menses perstitit: ac cum aedificia multa; tum mortales innumeros absumpsit. nec illius causa sciri potuit. Nam à summis domorum fastigiis, ac tegulis ipsis profectum universa corripiebat. Theophanes.

Priscianus Caesariensis Grammaticus hoc tempore floruit, qui Constantinopoli Grammaticam docuit. Calliodorus lib. de Orthog. cap. xii.

Olybrius solus. LIII. Pontifex Felix iv.

Olybrius sine collega ponitur apud Marcellinum. Maximus autem à S. Joanne Papa. Sed mendum libesse creditur.

Indictione iv. labente, mense Maio, ejusque xxix. die, feria vi. valido terrae motu quassata, & eversa est penè omnis Antiochia sub horam diei septimam, ut ait Theophanes: vel meridie, ut Evagrius. Tum incendium secutum est. Motus autem terrae annum integrum tenuit. Euphrasius Episcopus ruinis obrutus est. Evag. lib. iv. cap. v. Theophanes. Ex caractere feriae, quem Evagrius concipit, & Indictione, quam Theophanes addit, perspicuum est non superiore anno, sed praesenti potius ista contigisse. Evagrius tamen annum Justinii vii. numerat. Sed viii. referendus est.

Ephraemius Orienti praefectus insigni liberalitate ac providentia subvenit Antiochenis, ob idque Episcopus ab ipsis factus est. Hanc urbis nobilissimae vastitatem eodem momento sensit Zosimas Monachus. Evagrius ib. cap. vi.

Joannes Papa è vinculis ad Episcopos Italiae scripsit, hortatusque est, ut Arianos exemplo suo persequerentur, atque extirpare studerent. Postea verò confectus ætatis obiit in carcere Ravennae, Maii xxvii. Cujus corpus Romanum translatum honorifice sepultum est in basilica S. Petri, cum sedisset annos duos, menses ix. D. xiv. Post dies lviii. electus est Felix iv.

Exinde Theodorico Boetium, & Symmachum illius focerum falso ad se delatos capitali supplicio afficit; viros illius ætatis facile principes. Secundum quod scelus, coenanti ipsi cum caput piscis mire magnitudinis appositum fuisset, visus est in eo sibi Symmachi caput intueri. quo prodigio territus paulò post exspiravit. Procopius 1. de bello Goth. Ejus animam à Joanne Pontifice, & Symmacho in igneam voraginem detrudi solitarii quidam in Liparitana insula vidit. Gregorius M. iv. Dial.

Mortuo Theodorico successit Atalaricus Theodori nepos, Amalasinthae filius annos natus octo. Procopius 1. Goth.

Sigismundus Gundebaldi filius, Burgundionum rex, cum amissa priori conjuge, Theodoricus Gothorum regis filia, è qua Sigyricum susceperat, aliam duxisset, ejus impulsu innocentem filium interfecit. ac mox penitentia ductus, in Agaunensi monasterio, quod exstruxerat, multorum dierum jejuniis, ac lacrymis culpam diluit. Gregor. lib. 111. cap. v.

Dionysius Exiguus hoc anno Cyelum suum condidit. Vide lib. xii. cap. 111.

Mavortius solus. Felicitas. LIII. Imperator Justinianus.

Justinus Imperator exactis in imperio annis viii. mensibus ix. diebus v. ut ait Chron. Alex. vel diebus tribus, ut ait Evag. Justinianum sororis suae filium imperii participem facit jam dudum à se Nobilissimum designatum, annos natum xiv. suisque manibus diadema capiti ejus imponit Kalend. April. statimque Theodora Justiniani uxor Augusta renunciatur. Factum id est anno Antiochenorum dxxxv. Postea Kalendis ipsis Augusti Justinus ex ulcere pedis sagitta in praetio sauciatus moritur sub horam diei tertiam, anno ætatis lxxviii. Ita imperavit in totum annos novem,

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
9	114	1279	1274
10	115	1280	1275



DE DOCTRINA TEMPORUM,

Ter. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5241 5. 16. 6 BA	4511	528	245

novem, mensem i. dies aliquot. Theodora porro Euty-  
chianorum fovebat hæresim. Evagrius lib. iv. cap. ix.  
Marcellinus Chron. Alex. Theophanes. Cedrenus. qui  
Justinianum refert, postquam Imperator factus est, bona  
sua omnia in Ecclesiam contulisse. Ceterum Alexandri-  
num Chronicon refert annos imperii Justiniani processisse  
à Kalend. April. hujus anni, & Indict. v.

Idem porro Justinianus ipso imperii sui exordio Remp.  
optimis legibus stabilivit, ac fidei Catholicæ, & Eccle-  
siarum dignitati consuluit. L. v. Cod. de Sum. Trin. varias  
hæreses proscripsit. At Novella lxxxvi. Episcopos provin-  
cialibus Judicibus præpositos esse jussit, ne quid con-  
tra justitiz ordinem ab illis gereretur.

Athalaricus pacem ab Justiniano petiit, & impetravit.  
idemque in favorem Ecclesie Romanæ sanctionem edidit.  
Cassiod. lib. viii. Ep. i. & lib. viii. Ep. xxiv.

Patricius Armenus Comes orientis à Justiniano factus  
est, iussitque in interiori limite, qui Palmyra dicitur,  
Phœnicis Libaniticæ urbem instaurare, ibique Ducem  
collocare. Theophanes.

Chlotildis filios suos hortata est, ut ad patris sui ne-  
cem ulciscendam Sigismundo Burgundionum regi bellum  
indicerent. Clodomiris expeditione suscepta Gundoma-  
rum Sigismundi fratrem fugat; Sigismundum in potesta-  
tem redigit, & cum uxore, liberisque in Aurelianos ab-  
ductum in præsidio quodam aservari jubet. Interim Gun-  
domarus collectis Burgundionibus regnum recuperat.  
Gregorius Turon. lib. iii. cap. vi. Meminit & Proco-  
pius lib. i. Goth. pag. 186. Burgundionum regis à Fran-  
cis capti, & in custodiam positi.

*Justinianus solus 111. Felicitas 3.*  
Annum hunc regie urbis conditæ cxcviii. recte nume-  
rat Marcellinus. Nam Constantinopolitanæ urbis enca-  
nia celebrata sunt anno Christi cccxxx.

Justinianus Kalend. Jan. Consulatus nomine ingentem  
in populum vim pecuniarum profudit, quantam Impera-  
torum hætenus nemo.

Cum autem Tzatho Lazorum regi, quod ad Romanos  
defecisset, Persæ bellum intulissent, Justinianus illi sub-  
sidia misit, ducibus Belisario, Ceryco, & Irenæo, quo-  
rum discordia, mutuæque proditio Romanam rem pes-  
funderit. His igitur exauctoratis, Justinianus Petrum  
Notarium successorem dedit. qui adjunctis Lazorum co-  
piis magna Persarum clade Romanos ulciscitur.

Gethes Erulorum rex ad Romanos transit: & Con-  
stantinopolim veniens ipso Theophaniorum festo cum suis  
baptizatus est. Lætus inde in patriam rediens Imperatori  
se suæque omnia libenter obtulit.

Armenia *separatim* hoc primum tempore datus est  
Tzitas: cum hætenus Duces, & Comites ei præfuisent.  
Adjunctum & validum præsidium ex Orientalibus copiis,  
quod adversus Persarum excursionses opportunissimum mu-  
nimentum existit.

Boazer Balachi Hunnorum, qui Saberi vocantur,  
quondam regis uxor, tum vidua, centum Hunnorum  
millibus stipata ad Romanos adjunxit sese. Eadem duos  
alterius gentis Hunnorum reges à Cabade contra Roma-  
nos excitos, dum per fines suos iter haberent in Per-  
sidem, cum xx. millibus, oppressit, & horum alterum Glo-  
nem in acie jugulavit; alterum Syracem victum Con-  
stantinopolim misit.

Per idem tempus Gordas rex Hunnorum, qui Bospho-  
rum accolunt, Romanorum societatem, & religionem  
pariter amplexus, ac baptismo initiatus, cum redisset in  
patriam, ac suorum idola conflasset, horum conspiratio-  
ne interfecus est, & ad ipsius fratrem Moageram impe-  
rium delatum est. Quinetiam Bosporum irruptione subita  
occupantes Hunni Tribunum Dalmatiæ cum aliquot præ-  
sidiariis militibus obruncant. Justinianus misit Joanne ex  
Consule Rufini Patricii filio, fugatis barbaris rem illic  
Romanam constituit. Hæc Theophanes. Miscella Pauli  
Diaconi, Chron. Alex. Cedrenus.

Justinianus sanctionem edidit uti ne Episcoporum,  
Oeconomorum, atque Orphanotrophis, & Xenodo-  
chiis præfectorum bonis ulli succederent, præterquam iis  
quæ ante susceptam administrationem possidebant. sed ut  
omnia, quæ deinceps quæssissent, sacris locis attribueren-  
tur. Theoph. Cedrenus.

Esaïas Rhodi, & Alexander Diospolis in Thracia Epi-  
scopi, alique complures præposterè libidinis convicti  
sunt. Quorum aliis veretrum amputari; aliis per genita-  
les meatus acutos calamos inferri, nudosque per medium  
forum

Imp. Rom.	Olymp.	Ur'is cond.	Era Nab.
2	19	1181	1276 April. 13.

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Ter. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5242 6. 17. 7 G	4512	529	246

forum traduci jussit Imperator. Tum adversus nefaria  
ista crimina severissimas leges edidit. Ad hæc Novella-  
rum constitutionem librum hoc anno publicavit. Theo-  
phanes. Cedrenus.

Eodem anno, xxix. die Novembris. Indict. vii. feria  
iv. hora diei tertia, biennio post priorem cladem, rur-  
sus Antiochia vehementi terræ motu quatata est ad ho-  
ram unam. Sed & fremitus è caelo ingens auditus: ædifi-  
cia verò omnia, & quicquid ex priori calamitate super-  
fuerat, funditus corruerunt. Quatuor hominum millia,  
cum octingentis septuaginta perierunt. reliqui per urbes  
aut montes dispersi. Tandem divinitus admoniti sunt,  
ut postibus inscriberent, *Λεαδὸς μὲν ἦν, εἴη. Χριστὸς  
nobiscum est: manete.* Ita mali exitus repertus est. Theoph.  
Cedrenus.

Clodomirus Aurelianorum rex, audito Gundomarum  
Burgundionibus collectis regnum instaurasse, novam ad-  
versus illum expeditionem cepisset, advocato in auxilium  
Theodorico Metensium rege. Antequam proficisceretur,  
Sigismundum, quem in carcerem conjecerat, apud Col-  
umnam Aurelianensis oppidi vicum cum uxore, ac libe-  
ris in puteum demersit. neque quicquam S. Aviti Micia-  
censis abbatis apud illum preces valuerunt. qui nisi à ca-  
ptivo rege crudelitatem abstineret, celeritimum illi exitum  
interminatus est. Nec vaticinio defuit eventus.  
Dum enim victis hostibus in confertum globum audaciùs  
infertur, conto transfixus occubuit. Gregor. Turon. lib.  
iii. cap. vi. Ceterum post obitum Sigismundus miracu-  
lis claruit, atque inter Sanctos relatus colitur Kal. Maii.  
Agathias lib. i. hujus historiz meminit. Sed in eo ab  
Gregorio, & Annalibus nostris discrepat, quod Burgun-  
diones refert, cum ex promissa cæsare, quod regnum  
apud Francos insigne fuit, regis cadaver agnovissent,  
præcisum caput & hastili impostum ob Francorum ora  
circumtulisse, itaque injecto pavore æquas ab iis condi-  
tiones pacis expressisse. Verum nostri Francos asserunt  
ea clade ac regis sui nece commotos, acriorem in hostes  
impressionem fecisse; & iis fufis, fugatisque eorundem  
regionem sibi subjecisse.

Chlotarius Guntheucam Clodomiri fratris conjugem  
duxit, ejusque regnum cum fratribus suis partitus est.  
Chlotildis verò tres Clodomiri filios, Theodovaldum,  
Guntharium, & Chlovaldum secum habuit. Gundo-  
marus interim regnum recepit. Gregorius ibid.

In hujus historiz ordinando tempore à Sigeberto ac  
vulgatis Annalibus dissentire cogimur, in quibus expedi-  
tio illa Burgundica solet anteverti. Ea verò post Theodo-  
rici Gothorum regis obitum accidit, quantum ex Pro-  
copio, & S. Gregorio Turonensi colligitur. Nam Proco-  
pius idipsum disertè scribit lib. i. Goth. Gregorius quo-  
que non obscure significat, dum cap. v. lib. iii. narrat  
Sigismundi conjugem his verbis privignum apud patrem  
inimulasse. *Hæc iniquus regnum tuum possidere desiderat,  
reque interfecto id usque in Italiam dilatare disponit: scilicet  
ut regnum, quod avus ejus Theodoricus Italia tenuit, & iste  
possideat.* Ergo jam Theodoricus exceserat. Aimoinus  
præterea narrationis ipsa serie idem adstruit. qui & poste-  
riorem Clodomiris expeditionem anno altero à priori  
contigisse memorat. quod & nos secuti sumus.

Theodoricus Metensium rex memor injuriæ ab Hermi-  
nefrido Thoringorum rege acceptæ, à quo perfidiosè  
pacta mercede privatus erat, evocato in auxilium Chlo-  
tario fratre, illi bellum indixit. Victi, magnæque strage  
affecti sunt Thoringi; & eorum regio à Francis subacta.  
Chlotarius Bertarii filiam Radegundem secum abduxit.  
Quæ cum nondum nubilus esset, aliquot annis educata  
fuit antequam regi copularetur. Gregorius lib. iii. cap.  
vii. Fortunatus lib. i. vitæ S. Radegundis.

Interea cum in Thoringis ambo fratres morantur, mu-  
tuis se infidiis appetunt: ac simulata deinde concordia re-  
vertuntur. Herminefredus à Theodorico data fide voca-  
tus, paullo post ejusdem fraude interemptus est. Gregor.  
lib. iii. cap. viii.

Childebertus Arvernus prodicione Arcadii Senatoris  
invadit, dum in Thoringica expeditione Theodoricus ad-  
huc versaretur; ac falsus de ejus obitu rumor esset alla-  
tus. Sed cum è Thoringia reversum esse percubisset,  
Childebertus inde discessit. Greg. cap. ix.

*Decius solus. Felicitas 4.*  
Justinianus Antiochiam instaurat, ac Theopolin ap-  
pellat.  
Alamundarus Saracenorum regulus Syriam primam  
populatur,

Imp. Rom.	Olymp.	Ur'is cond.	Era Nab.
3	Olymp. 327	1282	1277



Per. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5243 7. 18. 8 F	4513	530	247
5244 8. 19. 9 E	4514	531	248

populatur, contra quem moventibus Romanorum Exarchis, profugit.

Aprili mense Belisarius cum copiis adversus Persas profectus est. Decima quarta die mensis Maii Hermogenes Magister genere Scythia, qui Vitaliano prius inhaerarat, vir prudens legatus a Justiniano de pace missus in Persidem, Antiochiam venit. At Junio mense Samaritani, & Judaei rebellantes Julianum quemdam regem constituunt. Inde contra Christianos rapinis ac caedibus grassati sunt. Qui ab Justiniano deinde comprehensi omnes ac supplicio affecti sunt: imprimisque Julianus tyrannus.

Perfarum rex legatis Romanorum admissis, acceptisque muneribus, spe a Samaritanis prodenda Palaestina facta, pacem abnuit. Proditiōe detecta Samaritanorum principes a Perside redeuntes a Belisario intercepti, & quaestione habita scelus confessi, ac necati sunt. Ajamundarus, persequentibus denuo Romanis, ingenti relicta praeda in Indiam fugit. Hae Theophanes. Procop. 1. Pers. qui & Rufinum legatum ad Persas missum esse refert, & Hierapoli tantisper morari justum. at Hermogenem non legatum, sed copiarum cum Belisario ducem fuisse.

Eodem anno, sed Indictione VII. jam inchoata, Justinianus gentiles, & haereticos infectatus est. quorum fortunas proscripsit: ac nonnullis e primoribus comprehensis magnum terrorem attulit. Demum sanxit nemo ut gentilis, aut haereticus magistratum gereret. Theoph.

Codex Justinianus absolutus, & auctoritate publica promulgatus est XVI. Kalend. Maii. Cod. Just. Chron. Alexand.

Concilium Arausicanum secundum in Gallia celebratur, in quo adversus Pelagianos, & Semipelagianos de gratia & libero arbitrio Catholicum dogma sancitum est. Sub idem tempus Carpentractense, & Vafense Concilia in Galliis peracta creduntur.

S. Fulgentius Kalendis Januariis obiit. cujus discipulus Ferrandus hac tempestate floruit.

S. Benedictus relictiis Sublacensibus montibus, divino monitu Casinum petiit. Sigebertus.

Lampadius. Felicit. LV. Pontifex  
Orestes. 5. Bonifacius secundus.

Persa duce Peroze, qui Mirrhanes erat. (Nomen id Magistratus apud illos fuit) cum Romanis ad Duras confligit; ac tandem acie superantur: Deo Persici ducis insolentiam ad hunc modum ulciscente: qui Belisario stolidè mandaverat, sibi uti balneum eo die curaret. Cabades verò subinde Mermeroem cum copiis submisit; inter quas Hunni Sabas censebantur. Sed Romani Sitta duce denuo vicerunt. Rufinus secundum Darense praerium ad Cabadem de pace legatus adiit. Sed ea convenire non potuit. Ideo Rufinus ad Justinianum revertitur.

Narfes & Aratius fratres, ex Perfarum principibus ad Romanos cum matre sua deficiunt. Hic ille Narfes fuit, qui in Italia Justiniano strenuam navavit operam. Hac anno IV. Justiniani esse facta scribit Procopius pag. 26.

Mundus Illyrico praefectus Getas in eadem provincia, & in Thracia Bulgaros fudit. Marcellinus.

Hildericus rex Wandalarum in Africa a Gilimere consobrino fratre, ac Genferici nepote regno privatus, & in vincula conjectus est, cum regnasset annos septem. in ejusque locum rex creatus est Gilimer. quo cum Justinianus per legatos egit, ut Hildericum restitueret, aut ad se Constantinopolim mitteret. contemnti bellum minatus est. Procop. 1. Vand.

Justinianus sanxit, ut haereticorum bonis soli Catholici filii succederent L. XIX. Cod. de Haeret.

Sancus Sabbas legationem ad Justinianum ob sublevandos Catholicos obiit, ac quaecumque voluit impetravit. Cyrillus in ejus vita.

Post Consulatum Bonifacii LV. Pont.  
Lampidii & Orestis. 2. Joannes 1.

His Cofl. (ait Marcell.) codex Justinianus orbi promulgatus est.

Alamundarus Saracenorū Phylarchus homo strenuus, qui quinquaginta annis Romanos plurimum infectavit, Cabadem ad spem, & novam contra Romanos expeditionem incitat. Dux ei praefectus est Azarethes: qui non solitis itineribus, sed per Comagenem, quod antea factum non erat, in Romanos fines irrupit. Sed cum Belisarius ejus impressionis admonitus egregiè limitem

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nib.
4	11	1283	1278
5	11	1284	1279

Per. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5245 9. 1. 10 DC	4515	532	249

tem firmasset, ac spe sua frustrati Persae redirent, militum suorum insolentia invitatus ad ineundum certamen coactus est Belisarius: in quo magna utrimque militum caede, Persae vicerunt. Azarethes a Cabade ignominia est affectus, quod magno suorum cruore hanc sibi victoriam peperisset. Justinianus Saracenos alios, & Homeritas sibi conciliare studuit: nec magnum operae pretium fecit. Procop. 1. Pers. Qui & refert Hermogenem secundum victoriam ad Persas impetranda pacis causa missum re infecta rediisse. Demum Belisarium, ut contra Vandalos bellum caperetur, substituto in ejus locum Sitta, revocatum esse.

Bonifacius collecta Synodo Romae contra Canones successorem sibi Vigilium diaconum designavit. Sed paullo post, altera coacta Synodo, idem Pontifex reum se falsus, chirographum suum rescidit, quo Vigilium destinarat. Anastasius.

Moritur idem Pontifex hoc anno, Octob. XVII. cui successit Joannes cognomento Mercurius; incertum quo die. unde nec de tempore, quo Bonifacius Ecclesiae praefuit, omnino constat.

Amalaricus Wisigothorum in Hispania rex, postquam annis v. regnavit, a Francis occisus est. Id quemadmodum acciderit Gregorius Turon. lib. III. cap. x. ita narrat. Chlotildis Chlodovi filia Amalarico Ariano nupsit. a quo cum ignominiosè haberetur, & aliquando caesa crudeliter esset, infectum cruore suo sudarium ad fratrem Childbertum misit. qui rei indignitate commotus Hispaniam cum exercitu petiit. Amalaricus comparatis jam navibus, dum in regiam ad thesauros exportandos revertitur, ab hostibus interceptus, & ad Christianorum Ecclesiam confugiens occisus est. Childbertus cum ingenti praeda in Gallias revertitur, abducta sorore sua, quae in itinere obiit. Isidorus in Chron. scribit Amalaricum cum annis v. regnasset, Narbonae praelio superatum, & Barcinonam fugere parantem, Narbonae in foro jugulatum fuisse. Meminit & Procopius lib. 1. Gotth. Amalarico Theudis successit. quem Procopius idem refert a Theodorico Wisigothorum exercitui praefectum, superlente adhuc Theodorico, & Amalarico, nobilissima ex Hispania ducta conjuge tyrannidem usurpare coepisse; cum Amalarico tutor ab eodem Theodorico missus esset, ut ait Jornandes.

Hoc anno Toletanum Concilium secundum in Hispania celebratur.

Cyclus S. Cyrilli hoc anno terminatur: indidemque Dionysii Cyclus annorum xcv. incipit. ut ipse Dionysius Epist. 11. declarat.

S. Sabbas obiit anno atatis xcii. Cyrillus.

Post Consulatum Lampidii Joannes  
& Orestis 11. 2.

Mense Januario Constantinopoli vehementer coorta seditio est, cujus tessera fuit Nixa, unde & nomen obtinuit: Praefinis contra Calopodium Spatharium, & Cubicularium tumultuantibus, ac Venetis ex adverso reclamantibus. Ea fusissimè a Chron. Alexandrino, & Theophane describitur; qui sermones utrimque inter Praefinos & Mandatorem nomine Imperatoris habitos exponit. Postea cum Praefecti tres e turba seditiosos corripissent. Monachi S. Cononis vi illos ereptos, & in lembum impositos ad S. Laurentii templum deduxerunt, quod asyli jure praeditum erat. Praefecti milites ad illorum custodiam e vestigio submitunt. Populus iracundia percitus jugulatis militibus, Pratorio, aliisque aedificiis ignem subjicit. Arsit inter alia S. Sampsonis Xenodochium magnum, in eoque agri omnes exincti, nec non Alexandri, & Zeuxippi balneum: tum Ecclesia magna cum admirandis columnis eversa est. Interim Belisarius cum Gotthis irruens magnam seditiosorum stragem edidit. Die XVII. Januarii, feria VII. novis militum copiis in urbem introductis, magna promiscuae multitudinis caedes facta est; ac vicissim a populo aedificia multa concremata. Post die, Januarii XVIII. Dominica, eadem amentia percitus populus Hypatium Patricium imperatorem acclamavit. Justinianus verò, cum de arripienda fuga dubitasset, hortatu maxime Theodora conjugis palatium munire instituit. Demum Narsetis, Mundi, & Belisarii opera compressis factis, ac multis mortalibus occisis, Hypatius ad Justinianum adductus, postero die, Jan. XIX. feria II. interfectus est. Caesa sunt uno die, qui fuit Jan. decimus octavus, hominum quinque, & triginta milia. Procop. xxx. M. numerat. qui lib. 1. Pers. fuisse rem prosequitur. nec non Chronicon Alexandrinum & Theophanes.

Pars II. Q 9 9 Marcel

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nib.
6	11	1285	1280 Apr. 12



Per. Jul. \*O Ind. Mundi Anni Chr. Era Dioc.

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Marcellinus Hypatium, Pompeium, & Probum genere confobrinos, & Anatafi nepotes, imperium, quod sibi finguli exoptabant. per factiosos Idbus Januarii invasit referat, ac per dies quinque continuos in Urbe ferro, & igni sevitum esse.

Justinianus pacata seditione ad instaurandam urbem, ac praesertim Ecclesiam magnam animum adiecit: ut iidem auctores asserunt.

Cabades missis copiis cum tribus ducibus Martyropolin obsidet: ac paullo post moritur. Successit ex illius voluntate, & testamento Chosroes.

Chlotarius, & Childebertus Francorum reges in Burgundiam expeditionem faciunt: & fugato Gundomaro, regionem omnem in ditionem suam redigunt. Theodoricus, qui invitatus a fratribus, cum iis proficisci noluerat, in Arvernos veniens, totam hanc provinciam pervasit. Gregor. L. IV, cap. XI, & seq.

Clotharius, Childeberto fratre sceleris particeps, Chlodomeris fratris filios duos, Theodoaldum, & Guntharium manu sua jugulavit. quorum alter X, alter VII. annos natus erat. tertius Chlovaldus illorum crudelitati fuga se subducens, Clericus postea factus sanctitate mirabili fuit. qui & hodie Novigenti colitur. quod oppidum ab urbe Lutetia millibus quatuor distat, ab eoque nomen accepit. Greg. lib. III, cap. XVII.

Origenista in Palestina rursus emergunt; praesertim Monachi, qui nefanda multa, & crudelia perpetrarunt. Cyrillus in S. Sabba. Inter Catholicos, & Severianos Constantinopoli jussu Imperatoris habita Collatio. quae plerisque salutem attulit. In ea cum haeretici Dionysii Areopagite scripta inter alia commemorassent, Catholici de falsitate auctoris excipiunt. quod illa neque Cyrillus, neque Athanasius agnovit. Exstant apud Baronium Collationis acta.

Justinianus Aug. III. Joannis 3.

Hoc anno per Rufinum Patricium, & Hermogenem Magistrum Officiorum pacem cum Parthis de pactam esse scribit in Chronico Marcellinus. quod annis ante tribus retulit. Theophanes.

Procopius lib. I. Persic. *ἔτος ἦδη ἐτὶ ἔχοντο Ἰερουσαλὴμ. cum jam sextum in imperio annum ageret, pacem illam initam esse demonstrat. Sed tumultum popularem post acceptam utrimque pacem accidisse. quod verum non arbitror: siquidem Marcellinus pacem Indictione XI. firmatam esse narrat: seditionem vero contigisse Indict. X. Tum ex Theophane, & Alexandrino Chron. imo vero ex Actis publicis, liquet Januario mense anni antecedentis seditionem illam coortam fuisse. Nam hoc feriarum character ostendit.*

**I**n hac Romanos inter & Persas pacis, ac concordiae mentione, tamquam auspiciatissima rei, Chronologia nostra desinet. quam ab orbe condito ad finem usque Cycli unius Victoriani, vel, ut vulgo appellari solet, Dionysiani perduximus. Neque vero fuit id initio instituti, consilii nostri, Chronologiam scribere: quod tam multi ante nos fecerunt, quotidieque faciunt: sed ipsam tantummodo scientiam temporum, nec non subjectae huic illius artis principia tradere, ac praecipuas quasque disceptare controversias. Sed eo nos praeter voluntatem Bibliopole precibus, & amicorum auctoritate sumus adducti, ut ad artem ipsam opus insuper artis, ac specimen adderemus. Nunc ejusdem, cuius id hortatu susceptum est, Bibliopole rationibus, ac desiderio faciendum est satis: qui instante Francofurtensi mercatu, moras increpat, ac receptui jam dudum canit. Nos quicquid est reliquum, si Deus dederit, alias pertexemus. Interim his in antecessum frueri, Lector, ac fave.

5246 4516 533 250  
10. 1. II B

Imp. Olymp. Urbis cond. Era Nab.

7 Olymp. 328 1286 1281



REGUM ALIQUOT, VEL PRINCIPUM SUCCESSIONES.

Propositum initio fuerat imperiorum ac regnorum *ἡσδοχὰς* in calcem Operis omnes conjicere, ut uno aspectu simul universas intueri possemus. Sed interim nonnullas sparsim Operi inseruimus ipsi. velut Judicium, Regum Jude, & Israelis, Medorum, Persarum. Ceteras ferè, quae quidem a nobis disputatae sunt, hic tibi reddemus: in quibus paullulum interdum diversa regibus aliquot initia constituta sunt, atque in Opere nostro fecimus: ut ex posteriore hac animadversione priora illa castiganda sint: praesertim in Macedonico regno.

PRIMA SUCCESSIO Assyriorum Regum.			SECUNDA SUCCESSIO Sicyoniorum Regum.		
	Anni regni.	Per. Jul. quibus interunt.		Anni regni.	Per. Jul. quibus interunt.
1 Belus,	LXV	2539	1 Egialus,	LII	2550
2 Ninus,	LII	2604	2 Euroops,	XLV	2602
3 Semiramis,	XLII	2656	3 Telchin,	XX	2647
4 Ninyas,	XXXVII	2698	4 Apis,	XXV	2667
5 Arius,	XXX	2736	5 Thelxion,	LII	2692
6 Aralius,	XL	2766	6 Egedrus,	XXXIV	2744
7 Xerxes,	XXX	2806	7 Thurymachus,	XLV	2778
8 Armamithres,	XXXVII	2836	8 Leucippus,	LIII	2823
9 Belochus,	XXXV	2874	9 Melapus,	XLVII	2876
10 Balasus,	LII	2909	10 Eratus,	XLVI	2923
11 Althadas sive Sethos,	XXXI	2961	11 Plemnatus,	XLVIII	2969
12 Mamythus,	XXX	2993	12 Orthopolis,	LXIII	3017
13 Ascharius,	XXVIII	3023	13 Marathon,	XXX	3080
14 Spherus,	XX	3051	14 Marathus,	XX	3110
15 Mamylius,	XXX	3071	15 Echyreus,	LV	3130
16 Sparthaeus,	XL	3101	16 Corax,	XXX	3185
17 Afcatales,	XL	3141	17 Epopeus,	XXXV	3215
18 Amyntes,	XLV	3181	18 Laomedon,	XL	3250
19 Belochus,	XXV	3226	19 Sicyon,	XLV	3290
20 Balatores,	XXX	3251	20 Polybus,	XL	3335
21 Lamprides,	XXX	3281	21 Janificus,	XLII	3375
22 Sofares,	XX	3311	22 Phaltus,	VIII	3417
23 Lampares,	XXX	3331	23 Adraftus,	IV	3425
24 Panyas,	XLV	3361	24 Polyphides,	XXXI	3429
25 Sofarmus,	XIX	3406	25 Pelagus,	XX	3460
26 Mithraeus,	XXVII	3425	26 Zeuxippus,	XXXII	3480
27 Teutamus,	XXXII	3452	27 Sacerdotes,	XXXIII	3514
28 Teutaeus,	XL	3484			
29 Thinaeus,	XXX	3524			
30 Dercylas,	XL	3554			
31 Eupales,	XXXVIII	3594			
32 Laolthenes,	XLV	3634			
33 Pyritides,	XXX	3677			
34 Ophraeteus,	XX	3707			
35 Ophratenes,	L	3727			
36 Ocrzapas,	XLII	3777			
37 Thonos Connoteros,	XX	3818			

Anno Periodi Julianae 3838. desit Assyriorum Imperium, quod tenuit annos 1300.

Anno Periodi Julianae 3547. Sicyoniorum regnum funditus desit. quod annos duravit paullo minus mille.



TERTIA SUCCESSIO regum Argivorum.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Inachus, Phoroneus, Apis, Argus, Criafus, Phorbas, Triopas, Crotopus, Sthenelus.

Gelanor successit: quo pulso deinceps Inachidis Danaida successerunt.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Danaus, Lynceus, Abas, Proetus, Acrifus.

Anno Periodi Julianae 3402. regnum a Perseo Mycenae translatum, cum Argis regnatum esset annos 546.

QUARTA SUCCESSIO Regum Mycenaeorum.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Perseus, Sthenelus, Eurytheus, Atreus & Thyestes, Agamemnon, Egisthus, Orestes, Tifameneus & Penthilus.

Mycenaeorum regnum tenuit annos 210, ac defuit anno 3611.

Ab Inacho ad illius finem anni 756.

QUINTA SUCCESSIO Atheniensium Regum, ac Praetorum.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Cecrops, Cranaus, Amphictyon, Erichthonius, Pandion, Erechtheus, Cecrops, Pandion, Aegeus, Theseus, Menestheus, Demophon, Oxyntes, Aphidas, Thymoetes, Melanthus, Codrus.

Haec sunt Reges.

Sequuntur Archontes perpetui.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Medon, Acastus, Archippus, Therippus, Phorbas, Megacles.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Diognetus, Pherculus, Aripbron, Thespius, Aganctor, Aeschylus, Alcmaeon.

Haec sunt Archontes perpetui.

Archontes decennales.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Charops, Elimedes, Clidicus, Hippomenes, Leocrates, Apfandrus, Eryxias.

Colliguntur Atheniensium regum tempora a Cecrope ad Codrum anni 488. A Cecrope ad Eryxiam finem anni 874.

SEXTA SUCCESSIO Lacedaemoniorum Regum ex Pausania Lacon

Prima Dynastia.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Lelex, Myles, Eurotas, Lacedaemon Jovis F. cujus uxor Sparta, Amyclas Lacedaemonis F., Argalus, Cynortas, Oebalus, Tyndareus, Castor & Pollux, Menelaus, Orestes, Tifameneus.

Sub hoc Heraclida Peloponnesum occuparunt.

LACEDEMONIIS DEINCEPS regum familiae imperarunt duae.

Prima familia Eurythenidarum, sive Agidarum.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Eurythenes Aristodemii F., Agis Eurythenis F., Echestratus Agidis F., Labotas Echestrati F., Dorystus Labota F., Agis Agidis F., Archelaus Agis F., Teleclus Archelaei F., Alcamenes Telecli F., Polydorus Alcamenis F., Eurycrates Polydori F., Anaxander Eurycratis F., Eurycrates Anaxandri F., Leon Eurycratis F.

15 Anaxan-

SEPTIMA SUCCESSIO Regum Corinthiorum ex Pausania.

Prima Dynastia Sisyphidarum.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Sisyphus, Ornytion Sisyphi F., Thoas Ornytionis F., Damophon Thoantis F., Propodas Damophontis F., Doridas & Hyantidas.

Sub his Heraclida Peloponnesum invadunt.

Secunda Dynastia Heraclidarum.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Aletes, Ixion, Agelaus, Prymius.

Tertia Dynastia Bacchiadarum.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Bacchis, Agelaus, Eudemus, Aristodemus, Agemon, Alexander, Telestes, Automenes.

Fiunt ab Alete ad Automenem, anni cccxxiii.

OCTAVA SUCCESSIO Regum qui in Latio regnarunt.

Table with 3 columns: Name, Regni, Per. Jul. quib. interant. Includes Picus Saturni F., Faunus, Latinus, Demaratus Aristonis F., Leorychides Demarati F., Archidamus Zeuxidami F., Agis Archidami F., Agelilaus Archidami F., Eudamidas Archidami F., Agis Eudamidae F., Eurydamidas Agidis F., Epiclidas Leonidae F., Alba, Capetus, Capys, Calpetus, Tiberinus, Agrippa, Alladius, Aventinus, Procas, Aimulius, Numitor.

Hujus anno secundo Romulus Urbem condidit.

Romanorum Regum laterculum habes lib. x. cap. xxi.